

2

DE

1762, 32.

AREA AEDIBVS EXVSTIS
OBLIGATA

DISSERIT

ET

AD AVDIENDAM

ORATIONEM SOLEMNEM

PRO

AVSPICANDO MVNERE

PROFESSORIS IVRIS EXTRAORDINARIO

IN

AUDITORIO IVRIDICO

D. XXVII. SEPTEMBR. HORA IX.

DECENTER INVITAT

D. CHRISTOPH. CONRAD. WILHELM.
FRIDERICI

LIPSIAE

EX OFFICINA BREITKOPFIA.





DISSEMINAT

I. N. I.

PROOEMIUM.

AD AUDIENDAM

Tanta est temporum nostrorum calamitas atque iniuria, ut nobilissimas urbes, et splendidissima aedificia flammis consumi, suisque sub ruinis iacere, quotidie audiamus. Vnde operae pretium fore existimamus, si de iure exustarum aedium paulo penitus disputemus, quantum nimur leges romanae perhibent.

Germani enim, primis temporibus urbes ut nullas incoltere a), sic ipsis quoque in exstenuendis aedificiis, seu habitacionibus, et in ferendis de hac re legibus, prorsus fuerunt negligentes; hinc TACITVS per quam ingenuo fatetur: quod materia ad aedificandum usi fuerint informi, et citra speciem aut delectationem, quippe qui receptacula tantum contra gelu aestumque, iuxta fontes aut nemus, sibi constituerint. Neque muris sed armis valebant maiores nostri, ut illis opus non esset

a) Nullas Germanorum populis urbes habitari, fatis notum est, ne patienter inter se iunctas sedes colunt discreti atque diuersi, ut fons, ut campus, ut

nemus placuit. Vicos locant, non in nostrum morem connexis et cohaerentibus aedificiis.

efset, moenibus ac castellis se defendere, ad bella enim erant promissimi. Hinc valde errant, qui pristini Germaniae statut immemores, complures in Germania exstructas vrbes enumerant, b) vt merito de prouinciis Istro et Rheno vicinis, quae Romanorum sub imperio degebant, praedicatur, hafce enim prouincias ideo vrbibus ac muris cingebant Romani, vt easdem ab inuasionibus hostium vindicarent.

Sub Francis tandem Germanicisque Imperatoribus, plures vrbes, simulque splendiferissima aedificia exstrui cooperunt. Quod ipsa religio postulare videbatur; ex quo enim Christianorum sacris addiici Germani, et episcopatus instituti fuerunt, hoc praecipue pontificum decreta volebant; ne Episcopus in vicino aut pago residet c). Quum porro Reges pallatia sua exstruerent, quibus aedes priuatas adjunxerunt palatini, commercia quoque florescerent, multum inualuerunt vrbes. d) Maximum denique incrementum HENRICO AVCVPI debent, qui in exstruendis, ornandisque vrbibus totus fuit; hinc factum est,

A 2

vt

b) Contra quos IO. NIC. HERITIUS in notitia veteris Germaniae popolorum §. XIII. p. 46, ita disputat: Equidem Ptolomeus, et post eum Marianus Heraclitus nonaginta quatuor vndeis in Germania commemorant; verum hi voce πόλεις intellexerunt κάστρα. Plane ut Herodianus l. 7. histor. c. 2. κάστρα Germanorum, quas vocauerat, mox πόλεις nuncupat. Et SPENERVS in I. P. L. II. c. VII. §. 6. Die vielen Städte, welche Ptolomeus Lib. II. c. II. in Germania zeigen will, sind Dörfchen, Borgen, oder sonst berühmte und benannte Gegenenden gewesen. Selbst der Burgundier Burg, davon das Volk den Nahmen bekommen, waren offene Oerter. So gar in der Zeit, da die Teutschland jenseit

des Rheins die römische Städte einnahmen, kunten sie sich so bald in denselben zu wohnen nicht entschließen. - War demnach nicht etwa nahe am Rhein, oder der Donau, von einem mit den Römern friedlich lebenden teutschen Voleke eine Art einer Stadt angelegt, welches zwar für gewiss anzugeben ebenwohl bedenklich scheinet; so war übrigens wohl in den ersten Seculis keine Stadt in dem rechten Teutschland zu suchen.

c) C. 3. D. LXXX. Episcopi non in castellis aut modicis ciuitatibus debent constitui. C. 4. 5. Non oportet in villolis, nec vicis Episcopos ordinare.

d) IO. IAC. MASCOVII Principia I. P. Cap. VII.



*ut ingenti quoque urbes frequentarent, qui vitam urbanam quam luxui inservire, militiaeque obesse putabant, cane peius et angue, ad unum sere omnes fugerunt, e) urbes vero muris ac castellis cingerentur, quod non solum regia potestate, imo et Episcoporum auctoritate accidit. *)*

Constituti hinc inde urbibus, vel maxime de aedium strutura cogitandum erat, ut enim ciuitatum corpora rite componantur, aedificia requiruntur. Vnde illis qui reipublicae prae-
funt, vtique incumbit saluberrimis sanctioribus et ex hac parte salutem publicam promouere, eiusque rei singularem curam quibusdam injungere, ut ciuitatis decus, ciuium vero salus ob-
tineatur, ut Romani praestantissimum nobis exhibent exemplum, qui sapientissimis legibus, quum electis regibus rempublicam ordinare studebant, iam lege XII. Tabb. cauebant, *ne urbs ruinis deformetur*; (vnde et aedificia derelinqui prohibetur l. 20. §. 10. ff. de Nov. Op. nunc. his verbis: Hoc interdictum prohibitorium est, ne quis prohibeat facere volentem eum qui satis dedit: nimurum ne aedificanti, qui satis dedit, vis fiat) et enim pertinet ad decus urbi aedificia non derelinqui; imo et aedes demoliri vetatur, L. fin. ff. ne quid in loc. publ. lex ita so-
nat; *sicut is, qui nullo probibente in loco publico aedificauerat rogendus non est demolire, ne ruinis urbs deformetur*, quod omnino in fauorem aedium statuitur, interdictum enim non est
resti-

e) 10. RVDOL. ENG AVII
Elementa I. G. p. 92.

*) Ut memorabile de Episcopis castella struenteribus exemplum apud M ALM ESB V R. lib. II. ad Annun-
M C X X X I V . exstat, eo nimurum tem-
pore grauis exorta est controversia inter
S T E P H A N U M Regem, et praefatos,
cuius causa fuit quod imminentे bello
ciibili, cum rumor esset Robertum Nort-

manniae Comitem cum exercitu in An-
gliam aduenire, ut Regi regnum au-
ferret, atque adhaerere plures Episco-
pos, praeceps vero Rogerium Salesbe-
riensem, et Alexandrum Lincolniensem,
qui ea castella sua munitionibus va-
lidis cingebant, laici proceres vocife-
rari cooperantur, id esse contra profilio-
nem ordinis, et eo tendere, ut hosti tra-
derentur, nisi eis auferrentur.

restitutorium, si aedificatum fuerit in publico nemine prohibente, nec aedificans ad tollendum cogitur, et quidem ex hac ratione; ne vrbs ruinis deformetur. Aliter vero res se habet, si publicum inde detrimenti quid capiat, tunc enim procurator operum publicorum id debet deponere, aedificans vero patientiam praestare, vt loquitur l. 2. §. 43. h. t. Si vero laesio magna non sit, *solarium*, seu pensio pro solo, ei potest imponi d. l. 2. §. 17. Imo tantus in iure nostro occurrit domuum favor, vt ille, qui in refectionem domus crediderat, tacitum in ea haberet pignus, quod priuilegium, creditoribus qui pecuniam ad refectionem aedificiorum mutuam dederant edicto diu Marci, et postea SCto fuit concessum, quo plures essent, qui ad refectionem domum mutuo darent.

§. I.

A edificia omnia, quae hominis habitandi, commercia excendi, pensionemque recipiendi gratia exstructa sunt, urbana dicuntur praedia, neque ad locum vbi exstructa, sed ad usum respiciunt leges, f) ita vt urbanum dicatur, quo cunque demum loco constructum sit, quod praecipue habitationis causa; rusticum vero quod fructum gratia, constituitur. Neque obstat lex 4. §. 1. ff. in quib. caus. pign. vbi dicitur: *Stabula, quae non sunt in continentibus aedificiis non esse urbana, cum a ceteris aedificiis sint separata*, haec enim separatio non solum de loco, sed de usu intelligi debet. Hinc stabuli, cum urbano aedificio elocati usus, in quo pecora noctu recipiuntur, vt mane ad pascua redeant, est rusticus, quo ad mercedem tamen natum praedii urbani recipit, vt locatori in illo tacitum pignus competit, de quo casu lex ipsa loquitur. Stabulum vero,

A 3

f) 1. 1. ff. in quib. caus. pign. tac. cont.



in quo viatorum iumenta pro mercede hospitii gratia recipiuntur, utique est urbanum praedium g).

Aedes exustae nobis dicuntur loca in quibus quondam aedificium terra cohaerens fuit exstructum, quod vel casu, vel inhabitantium et vicinorum culpa, vel denique dolo malo, ignis violentia est consumptum. An vero Dominus ad reaedificationem exustarum aedium teneatur, ambiguum non nullis videtur, praeprimis quem quisquis rerum suarum arbitrii dicatur. h) Sed eo ipse Dominus non liberatur, qui ut societatis ciuilis membrum, ad id quoque tenetur, quod ipsae societas leges, ab illo postulant. Vnde et ipsa domini iura valde restricta sunt, prout finis R.P. et ciuitatum ultimus, nimitem salus et commodum publicum postulat. Jura enim perfecta ab homine in statu naturali hypothetico, vel ciuili, non aliter, ac huius status ratio atque conditio permittit exerceri posse nobis utique videntur, ista vero ratio societatis commodum, cuiusdemque salutem intendit, quam et hac ex parte saluberrimis sanctionibus promovere studet. Spectat enim non solum ad decus urbium, aedificia non derelinqui, et ruinis publicum adspectum ciuitatis non deformari, imo et in singulos, ex ipsa societate, quibus seruitus debetur. i) maximum ex restitutione harum aedium, redundant commodum. Dura hinc inde lex sane nobis non videtur quae magistratus hanc tribuit potestatem, ut causa cognita, dominos combustarum aedium, ad earum refectionem compellat, et adversus detrectantem competenti remedio, deformitati auxilium ferat k). Si itaque quis domum suam reficere, aut ruina collapsam reaedificare recusat, ea domus vel area, Fisco addicitur, vel publice venditur. Neque ideo haec lex inualida dici meretur,

g) STRVV. Exerc. XIII. th. 5. MVLL. i) Arg. L. 33. ff. de S. P. V. L. 3. in not. ad Struv.

h) L. 21. C. Mand. L. 2. ff. de his k) L. 7. ff. de Offic. Praef. qui sui vel alie. iur. sunt.

quod princeps, ius suum alteri auferre nequeat; hic enim favor reipublicae concurrit, hancque legem validam reddit l). Hinc L. 4. C. aedif. priu. de aedibus communibus recte constituit: Si, ut proponis, socius aedificii, ad refectionem eius sumptus conferre detrectat: non necessario extra ordinem tibi subveniri desideras. Etenim si solus aedificaueris, nec intra quatuor mensium tempora, cum centesimus nummus pro portione socii erogatus, restitutus fuerit, vel quo minus id fieret, per socium scilicet consiliterum ius dominii pro solido vindicare, vel obtinere iuxta placitum antiquitatis poteris.

§. III.

An vero in refectione aedium combustarum, pro lubitu, et in infinitum aedificare licet? haut immerito queritur. Quod ex legum auctoritate affirmandum videtur m), audiamus hac in re ACCVRSIVM, ad L. II. ff. de S. V. P. licet, quis per mille millia annorum depressam domum habuerit, non tamen ob id a vicino, altiores aedes habente, prohiberi potest quo minus aedificium altius tollat, eum in potestate ipsius semper fuit, eam tollere, vel non tollere, et CARPOZIVM. p. 2. C. 4. d. 13. vbi scite, quod seruitutes negatiue, nulla praecedente praescriptione,

l) L. 4. C. de iur. Reipubl. si secundum legem ciuitatis Respublica, cuius meministi, ruina collapsis aedificiis tuis, distraxit aream: nihil contra huius legis tenorem Rector Provinciae fieri patiatur.

B R V N N E M A N . ad. h. I. Ciuitas habebat hoc Statutum vt in ruina collapsis aedificiis, si Dominus aedes non extrahat intra certum Tempus, area cada in communissum, et ciuitas eam aream pro lubitu vendere posset. Quae- ritur: An valeat? Videatur quod non, quia nec Princeps suum ius alteri auferre potest. l. 4. C. de Emancip. sed affit fauore reipubl. Ideo Praeses haec statuta in vigore conservabit.

Collige ergo; Statutum esse fauorable, et in publicum viile, vt si quis Domum suam reficeret, aut ruina collapsam reaedificare iuridico monitus, nolit, ea Domus, vel area Fifo ad dicatur, aut publice vendatur Pevetz ad b. r. mun. 15. et potest Curator R. P. compellere priuatum, vt aedificet, collapsa vel ruinam minitania, l. ad Curatoris 46. ff. de Danno inf. Nam propter decorum ciuitatis multa placeuerunt contra regulas communes, et fauor publicus, priuatorum fauori praeponderat.

m) l. 24. ff. de S. V. P. l. vlt. §. 4. ff. quodcum, l. 89. C. de Serv. et aqua.

ptione, praescribi nequeant, perhibet; ne scilicet vicinus utatur libertate sua, que alias ei competit, videlicet; ne altius aedificet. Item si vicinus aedificando Domum suam velit obscurare lumina aedium mearum, semper hoc facere potest, nisi semel prohibitioni factae acquieuerit, et per spatium triginta annorum, anni et diei altius aedicare cessauerit. Haec vero, quae de libertate naturali intelligi debent vera sunt, nisi forma publica, et aedificiorum status vetet, vt si seruitus aedibus antea imposita fuerit, n) et aedes exulta olim in tantam altitudinem non excreuerint, vt ad aemulationem tantum fieri dicatur, o) e.g. si quis domum suam tollat, nullum vero inde sentiat commodum, nisi quod solum secreta vicini possit videre.

§. IV.

Seruitutes vero reales, cum ipsis aedibus ruere, eisdem que refectis amplius non reuiuscere, cum WESEN BEGIO, p) BAT CHORIVS q) praefixum, et quidem hac ex ratione: quod exustis aedibus, seruitus quoque perimatur; restitutis vero aedibus seruitus mutetur. Jure nimur stricte alia seruitus est, quae antea fuit, et alia quae est reposita. Sed quum res eadem sit, propter aream, quae manet, et forma aedificii tantum mutata dicatur, huic sententiae calculum nostrum non adiicimus, et potius cum CARPOZIO contrarium statuimus r). Aliud vero

statu-

n) I. 9 ff. de S.P.V. l. 8. C. de Serv. et aqua

o) I. 3. ff. de Oper. publ.

p) In paratis. ff. quemad. Serv. am.

q) Ad TREVTL. vol. 1. disp. 17. th. 16.

r) p. II. C. 41. d. 19. n. 4. quia sub-

lata superficie, vt si forsan ex prato vel agro hortus factus fuerit, seruitus itineris aut viae manebit, quia solum manet, cui seruitus quaesita est. l. certo generi 13. in pr. ff. de S. P. R. Aliud dicendum putauerim, si locus aedificii mutetur, alioquin in solo aedificium postea restituatur, quia tum res ipsa muta-

ta videtur, d. l. 20. §. 2. ff. d. t. Nam seruitutes personales, sublato aedificio non subsistunt, l. repeti s. D. rei mutatione, 2. ff. quib. mod. vififfr. amitt. Ergo sublato corpore, seruitutes personales ei inherentes, omnino tolluntur. pr. Inst. de vififfr. §. 2. ff. quib. mod. vififfr. amitt. Vififructus aedium mitibi legatus est, aedes corruerant, vel exustyne sunt: Sine dubio extinguitur. An et area? certissimum est, exustis aedibus, nec caementorum vififructum deberi.

statuendum esse censemus de seruitutibus personalibus, si totum aedificium incendio fuerit absuntum, minime ergo si eius tantum pars, nam in parte ista vſusfructus retinetur. L. 35. ff. de Vſuſr. Idem obtinet si omnium bonorum vſusfructus fuerit reliquias, tunc enim exuſis aedibus, areae adhuc debetur vſusfructus, quia vnuersaliter concessu vſusfructu, nulla plane res excipitur. Illi vero, qui seruitutem oneris ferendi debet, reſcio columnae exuſtae, contra naturam seruitutum, vt non nullis videtur, iniungitur s), vnde et anomala dicitur, seruiens enim dupliſi onere adſicitur. Sed res ſalua eſt, vt PAVLVS in d. l. Si in lege, inquit, aedium ita ſcriptum eſſet: Paries onere ferendo, vii nunc eſt, ita ſit: Satis aperte ſignificari, in perpe- tuum parietem eſſe debere; quod aliter fieri non poteſt, ac ſi do- minus feruiens parietem, quoties neceſſitas poſtulaſt reficiat, quo ipſo autem nihil facit, ſed seruitutem tantum conſeruat. t)

Hypothecca in area conſtituta, domo poſt in illa exuſta, adhuc durat, u) quia ſuperficie exuſta, non interit locus, uti L. 8. ff. quib. mod. pig. dicitur: *Sicut re corporali exſtincta, ita et vſuſructu, extincho, pignus, hypothecae perit.* Nimirum, pignus ſoluitur rei oppignoratae interitu; quod ita ſe quoque habet in re incorporali, pignus enim eſt accidens, quod ſublatu ſubiecto, ſubſtire nequit x). Quod tamen de vero et totali ſubſtantiae interitu intelligendum eſt, ſi enim pars adhuc ſuper- fit, in ea pignus durat, vt in area, ſi aedes oppignoratae con- ſumtae, quod etiam dicitur de mutatione rei in hypothecam conſtitutae, E.g. ſi areae obligatae aedes impostaſt euerint, hoc nimirum in caſu, aedes ſimul pignori cedunt; nam exuſta domus eſt illius, cuius area, ideoque magis aucta videtur hypo- thecca, modo ab ipſo debitore aedificium in area iſta euerit ex- ſtructum. Quod ſi enim amplius quispiam b. f. ibidem aedi- ſicet, non tenetur creditoribus aedificium reſtituere, niſi ſum- ptus

s) L. 33. ff. D. S. P. V.

t) L. 10. ff. comm. praed.

u) L. 16. §. 2. ff. de pign.

x) LAVTERB. coll. theo. praefi. ff. h. t.



ptus refundantur exstructionis y). Constatuta vero in ipsis aedibus hypotheca idem obseruatur, consumitis nimirum aedibus oppignoratis, manet hypotheca in area, ut clare l. 16. §. 2. ff. de pign. loquitur: Si res hypothecae data, postea mutata fuerit, aequa hypothecaria actio competit: Veluti de domo data hypothecae, et horto facta, i. e. si domus ad aream sit redacta, et iterum post exstructa, hypotheca non tollitur. Lex vero 8. pr. ff. quib. mod. pign. nobis non refragatur, vt ex verbis re corporali extincta, pignus, hypothecae perit, colligere licet, quibus totalis rei interitus indigitatur, ita ut nihil prorsus sit reliquum, vt si aedificium chalinate in totum periret, et hiatus terrae aedificium cum area absorpsent.

§. V.

Ille vero, qui ad refectionem domus pecuniam credidit, cum hypotheca tacita, iure quoque praelationis gaudet in ista domo. Vnde omnibus creditoribus, hypothecam licet anteriores et expressam habentibus praefertur, z) quoniam haec pecunia saluam facit totius pignoris causam a); hoc vero priuilegium non extempore sed ex causa aestimatur. b) Ut autem creditor

hac

y) L. 29. §. 2. ff. de pig. et hypothec. Domus pignori data exusta est, canique aream emisit Lucius Titius, et exstruxit. Quae situm est de iure pignoris? Paulus respondit, pignoris persecutionem perseverare: et ideo iuri soli superficiem fecutam videri, id est, cum iure pignoris, sed bona fide possessores non aliter cogendos crediteribus aedificium restituere, quam sumptus in exstructione erogatos, quatenus preiosior res facta est, recipieren.

BRVNNEMANN. ad h. t. Domus mihi oppignorata, qua exusta, area venditur, emptor exstruxit, ego persequor pignus, quaeritur an recte? Quod aff. Sed exstructionis expensae bona fidei possessori restituenda, et sic structura

sequitur solum, et meliorationes fundum, vt si solum sit obligatum, etiam superficies et melioramenta censeantur obligata.

z) L. I. ff. in quib. cauf. pign. v. hypotheca tac. contr.

a) L. 5. 6. ff. qui pot. in pign. CARPZ. p. I. C. 28. d. 105.

Ord. Proc. Elector. Saxon. Tit. XLIII §. 6. Wenn auch einer dem andern zu Erbauung, Besserung und Erhaltung eines Hauses, oder andern Guths Vorstreckung gethan, auch das es zu dem Ende geschehen, in der Obligation ausdrücklich gemeldet hätte, und erweislich wäre, das es eine Nothdurft, und die aedes ruinosa gewesen, so hat er derowegen auf denselben Gu-

the,

hac gaudeat praerogatiua, requiritur, vt pecunia nominativum in aedium refectionem sit data; si enim simpliciter fuerit credita, etiam si debitor eandem ad domus refectionem impendisset, praelatio tamen ista locum non habet. c) Hinc porro requiritur, vt pecunia nominativum ad aedium refectionem credita, domus refecta fuerit, si creditor praelationis iure vti velit, quod ex lege 5. ff. qui pot. in pign. probatur, vbi expresse requiritur: *ut in rem istam conseruandam impensum sit*, quod et CARPOZIVIS, c. l. hoc cum praeiudi. confirmat: Ob wohl M. S. zu Besserung seines Hauses von euch 33 Fl. erborget, desswegen ihr allen Gläubigern auch denenienigen so altere Hypothecen auf selbigen Hause erlanget, vorzugehen gemeynet seyd; da aber dennoch, daß solches Darlehen zu dem Ende von euch geschehen, in der Obligation ausdrücklich nicht gemeldet wurde, oder aber von demselben Gelde das Hauss in Wahrheit nicht gebessert worden wäre, dafür sichts auf eure Frage anschenen läßt etc. So hättet ihr euch

B 2

auch

the, neben des stillschweigenden Verpfändung ein Privilegium, daß er denen, welchen des Schuldners Güther zuvor ausdrücklich verpfändet, mit der Zahlung vorgehe, iedoch wofern die selben nicht auch darneben ein Perfonale Privilegium haben.

Cui vero in Ord. Proef. Recog. ita derogatur, addita nimur ratione: Nachdem aber hierdurch zum öfttern die andern Gläubiger ihre Capitalia, fo die dem Debitori bona fide vorgestreckt, und worüber sie gerichtliche Verſchreibung gehabt, gänzlich gebracht, oder doch daran ziemlich verkürzt worden; So haben wir dieser hiermit gänzlich zu ändern und aufzuheben, zu Beförderung des Credits vor nöthig befunden, Setzen und orden demnach hiermit, - noch auch denenienigen, so zu Erbauung, Besserung und Erhaltung, ingleichen zu Erkaufung eines Hauses oder Guthes etwas dergleichen, hinfüro ein

Jus Praelationis, oder auch nur ein Jus reale zustehen folle, wenn sie sich deswegen nicht eine gerichtliche Hypothec constituiren lassen, auf welchen Fall, sie gleichwohl kein Vorzugsrecht, vor denen ältern Creditoribus Hypothecariis haben, sondern gleich denen andern Gläubigern, nach Ordnung der Zeit des erhaltenen Pfandrechts befriedigt, auch keine Statuta so diefer unsrer Verordnung zuwieder, attendiret werden sollen.

b) L. 32. ff. de reb. aut. iud. poss. Privilegia non ex tempore aestimantur, sed ex causa; et si eiusdem tituli fuerint, concurrunt, licet diuersitates temporis in his fuerint.

c) CARPZ. c. l. Nunquam tamen mutuo danti pecuniam ad refectionem domus vel alterius rei conceditur privilegium praelationis, si non specialiter, et expresse in eum finem contraxerit, ex eaque pecunia res refecta, et conseruata fuerit.



auch eines Vorzugs vor andern Gläubigern nicht zu erfreuen.
Quod equidem priuilegium non amittit creditor, si in literis obfignatis hac de re nihil scriptum legatur, modo alias probetur, scriptura enim non est de obligationis, et crediti substantia, sed necessaria tantum ad probandum; imo et hoc loco extraordinaria probatio admittitur. d) Tempore quoque quo debitum petitur necesse est, vt aedificium exstet, quum creditor hoc praelationis ius in area haut concedatur, hoc enim in casu magis ad rem, quam ad locum respicitur. Quamuis enim area obligata dicatur; ius tamen praelationis, quod aedium restauratoribus tribuitur, ab isto iure, quam plurimum differt. Hinc in concursu creditorum, quorum alter hypothecam habet in domo, alter vero ad aedium exustarum refectionem pecuniam mutuum dedit, iure communni ita erit procedendum, vt prior ratione areae, facta aestimatione, alter vero ratione superficie paeferatur. Exceptis quidem illis, qui huic priuilegio paeferuntur, vt fiscus, item qui credit ad impensas funebres, et mulier, ratione dotis.

Sed vela contraho, et illud adgredior, cuius causa haec praefatus sum. Cum enim **R**EX **N**OSTER **P**O**T**E**N**T**I**SS**M**V**S**, **E**LECTOR **S**ERENISS**M**V**S** **F**RIDERICVS **A**VG**V**ST**V**S **P**ATER **P**ATRIAE **S**ACRATISS**M**V**S**, antecessoris iuris munus extraordinarem in Academia hac florentissima, in me contulerit, regiam clementiam deuotissima mente publice vt colam, ipsa religio iubet. Diuinis itaque sub auspiciis clementiam **A**VG**V**ST**I**SS**M****I** **R**EGIS **N**OSTRI publice perorabo, simulque nouum in unus au-spicabor die XXVII Sept. solemnni oratione, *de summa legum romanarum, circa R. P. ordinandam, conseruandamque dignitate, habita.* Quem publicum actum **R**ECTOR **A**CADEMIAE **M**AGNIFICVS, **I**LLVSTRISSIMI **C**OMITES, **V**TRIVSQUE **R**EIPUBLICAE PROCERES **G**RAVISSIMI, et **C**IVES **A**CADEMIAE **G**ENEROSISSIMI AC **N**OBILISSIMI sua praesentia, vt illustrare et ornare beneuole velint, omni qua decet obseruantia et humanitate rogo. Lipsiae d. XXI. Septembr. MDCCLXII.


d) STRVV. de aedif. priv. th. 55.



ULB Halle
006 385 451

3





B.I.G.

2
1762, 32.
DE
AREA AEDIBVS EXVSTIS
OBLIGATA
DISSERIT
ET
AD AVDIENDAM
ORATIONEM SOLEMNEM
AVSPICANDO MVNERE
PROFESSORIS IVRIS EXTRAORDINARIO
IN
AVDITORIO IVRIDICO
D. XXVII. SEPTEMBR. HORA IX.
DECENTER INVITAT
D. CHRISTOPH. CONRAD. WILHELM.
FRIDERICI

LIPSIAE
EX OFFICINA BREITKOPFIA.

